



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. XV. De Quibusdam Navibus Bellicis & recessus Marchionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

in nostro etiam Dusburgio varia illa lectiones Scumandus, Scumo & Stumo, Naetangi & Nattangi & alia plurima.

## CAP. XV.

De

*Quibusdam Navibus Bellicis & recessu Marchionis.*

Sapiens semper sapienter agit & multis periculis præcavet in futurum. Unde idem Dominus Marchio tanquam Vir providus & prudens mandavit sibi parari duas naves bellicas quarum minor dicebatur Pilgeram, major Friedland vocabatur, quod sonat in latino (a) peregrinè, pacifica terra. Et verè nomen habebat à re. Fecerunt enim multa bona pacis fidelibus terræ Pruschia. Per dictas naves duo castra Elbingus & Balga ædificata fuerunt & (b) recens mare purgatum fuit ab insultu infidelium, quod in eo nullus audebat de cœtero comparere. Hæ naves post multos annos in stagnum (c) Drusne sunt submersæ. Completo itaque peregrinationis suæ voto, idem Princeps relinquens in Prussia multam militiam pro ædificatione castri de Elbingo ad propria est reversus.

## ANIMADVERSIONES.

AD CAP. XV.

- (a) Regiomontanum Exemplar habet: *peregrinam Pacificam terram.* Elbingense *peregrinè pacifica terra*, sed si antecedentia respiciamus, apparebit, legendum esse: *peregrini & pacifica terra*; sive *peregrinos & pacificam terram*, videlicet altera navium dicebatur *Peregrini* sive *Pilgerin*: altera *pacifica terra* sive *Friedland*.
- (b) Lacus recens, dictus *das frische Haß*.
- (c) Lacus, Drausen dictus, non procul ab urbe Elbinga, Vid. notas in cap. XVI.

CAP.